De corcoro. cap.xxxii.

Orcorũ alexandrini cibi hærba eſt conuolutis foliis ad ſimilitudiné mori. præcordiis (ut ferunt) utilis alopetiaſq; & lentigini. Boũ quoq; ſcabié celerime ſanari ea inuenio apud nicandrũ quidé & ſerpentiũ morſus anteq̃ floreat. nec de cnico ſiue attractylide uerboſius diſputetur ægyptia hærba eſt: & magnũ cõtra uenenata animalia præbet auxiliũ: item aduerſus fungos Conſtat a ſcorpione percuſſos q̃diu teneát eam hærbam non ſentire cruciatum.

De perſoluta. cap.xxxiii.

T perſolutá ægyptus in hortis ſerit coronaꝝ gratia. Duo genera eius fœmina ac mas. utraq; ſubdita uenere inhiberi uirorum tradunt.

De menſuris & ponderibus. cap.xxxiiii.

T quoniá in méſuris quoq; ac põderibus crebro græcis noibus utendũ eſt: interpretationé eoꝝ ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica fere .n. attica obſeruatiõe medici utũtur: denarii argentei habet põdus. Eadéq; ſex ebolos põdere efficit. obolus decé calcos. Cyathus pédet ꝑ ſe dracmas decé. Cũ acetabuli menſura dicitur ſignificat heminæ quartá partem: ideſt drachmas. xv mna quam noſtri minam uocant pendet drachmas atticas centum.

GAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXII.

PROOEMIVM

Ompleſſe poterant miraculum ſui natura: atq; tellus reputantium uel priores tm̃ uoluminis dotes. totq; generaq; hærbarum utilitatibus hominum aut uoluptatibus genita. Sed quanto plura reſtant: tãto quoq; mirabiliora inuentu. illa .n. maiore parte cibi: odoris: decoriſue cõmendatõe ad numeroſa experiméta duxit reliquoꝝ potentia approbat nihil a rerum natura ſine aliqua occultiore cá gigni.

De gentibus hærbis formæ gratia utentibus. Cap. i.

Quidé & formæ gratia rituſq; perpetui in corporibus ſuis aliquas exteraꝝ gétium uti herbis quibuſdá aduerto animo. illinunt certe aliis aliæ faciem in populis barbaroꝝ fœmine mareſq; etiá apud dacos & ſarmatas corpora ſua inſcribunt: Simile plantagini glaſtum in gallia uocatur. Quo britannorum coniuges nuruſq; toto corpore oblitæ quibuſdam in ſacris nudæ incedunt & æthiopum colorem imitantes

Quod hærbis ueſtes inficiantur. cap. ii.

Am uero infici ueſtes ſcimus admirabili ſucco. Atq; ſileamus galatiæ: africæ: luſitaniæ granis coccũ imperatoris dicatũ paludamentis: tranſalpina gallia hærbis tyrium atq; cõchiliũ tingit: oĩſq; alios colores nec quærit in ꝓfundis murices: ſeſeq; obiiciẽdo dũ præcipit ạſcá beluis marinis: intacta ét anchoris ſcrutatur uada: ut iueniat per quod facilius matrona adultero placeat: corruptor inſidietur nuptæ. Stãs & in ſicco carpit quo frugi mũdos exculpat uſu alioqui fulgẽtis inſtrui poterat luxuria certe inocentius. nunc propoſitũ iſta conſectari: nec omittem⁹: ut ſubiiciẽdo utiliora luxuriá uilitate circunſcribamus dicturi & alias hærbis tini lapides pariéteſq;. nec tingẽdi nec pingendi tamẽ ratiõem omiſiſſemus: ſi unquam ea liberalium artium fuiſſet: iterim fortius augetur auctoritas quæ quãta debeatur etiam ſurdis: hoc eſt ignobilibus hærbis perhibebitur Si quidẽ auctores imperii romani conditoreſq; imẽſũ quidam & hinc ſumpſere quoniá non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere: & in ſacris legationibus. q̃ uerbene. certe utroq; nomine idẽ ſignificat hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum. hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatũq; mitterentur uſi: ideſt res raptas clare repetitum: unus utiq; Verbenarius uocabatur.

De corona graminea. cap. iii.

Orona quidẽ nulla fuit graminea nobilior in maieſtate populi terrarũ pricipis præmiiſq; gloriæ. Gemmatæ: & aureæ. uallares: murales roſtratæ: ciuicæ triumphales poſt hanc fuere ſuntq; coctæ magno interuallo: magnaq; differentia. Cæteras omnes ſinguli & duces ipſi imperatoreſq; militibus aut aliquando collegiis dedere.

De raritate eius. cap. iiii.

Ecreuit in triumphis ſenatus cura belli ſolutus & populus õcioſus: gramineá nunquá niſi in ſuprema deſperatiõe. contigitq; nulli uiſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta cæteras imperatores dedere hanc ſolá miles imperatori. eadẽ uocatur obſidionalis: liberatis obſidione abhõinandoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo ac uel hũilimo dis ciue ſeruato ꝓclar⁹ ſacerq; habetur. Quid tandẽ exiſtimari debet unius uirtute ſeruat⁹ uniuerſus exercitus. Dabatur hæc uiridi e gramine decerpto inde ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. nãq; ſũmũ apd antiquos ſignum uictoriæ erat hærbam porrigere uictos: hoc eſt terra & altrice ipſa humo & hũatio